



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 80. Jesuitæ divulgato decreto Parisiis vexati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

„tumcunque ingens fit auctoritas illo-
 „rum Theologorum, qui nos conde-
 „mnant, nullatenus tamen nobis perti-
 „mescenda est; Deus enim est defensor
 „noster, reponamus ergo in ejus manus
 „causam nostram, & de calumnia vi-
 „ctoriam reportabimus. „

Sæcul. XVI.
 A. C. 1554.

Addunt nonnulli, quod Ignatius suis
 filiis fidem fecerit, fore, ut superatis om-
 nibus obstaculis Societas ad Regnum
 esset admittenda, ac Parisiense Colle-
 gium ex omnibus in Europa futurum
 sit celeberrimum. Nec vanum erat il-
 lius vaticinium; quippe præfagii verita-
 tem eventus comprobavit. Paulo post
 editum hoc decretum nonnulli Parisien-
 ses Doctores unacum Cardinale Lotha-
 ringio Romam pervenerant, quibus e-
 tiam Divus Ignatius præfente hoc Car-
 dinale colloquebatur, cum autem ex his
 quidam nomine Benedictus hujus de-
 creti æquitatem tueri vellet, Olaus, qui
 suum Præsidentem comitabatur, loquen-
 tem interpellans egregie suam Societa-
 tem defendebat: interim Doctor Bene-
 dictus hac in occasione Ignatii modera-
 tionem, agendique modum deprædica-
 re cogebatur.

§. LXXX.

*Jesuitæ divulgato decreto Parisiis
 vexati.*

I 3

Atta-

Sæc. XVI.
A C. 1555.

Orland. l. c.
n. 4.

Attamen hoc Facultatis decreto magis divulgato una omnes contra Jefuitas Parisiis infurgebant, ipsi etiam Concionatores adversus eos ex fuggestu declamabant, & Parochi palam ipforum institutum impugnabant, omnesque Doctorum scholæ ejusmodi sermonibus resonabant. Carpebatur etiam ipforum doctrina, ac vitæ ratio, quapropter Parisiensis Episcopus Sorbonici decreti auctoritate suffultus, in sua Diœcesi omnes ipsis functiones prohibebat, ejusque exemplum plures alii, qui Parisiis agebant, Prælati sequebantur, illudque imitabantur; Verum Patres solo patientiæ scuto hisce telis obviabant, tempestatem hanc opportuno tempore eludere sperantes.

§. LXXXI.

Ann. 1555. Augustana comitia a Cæsare indicta.

Pallav. l. 13.
s. 10. n. 3.

Nec minores curæ summum Pontificem in Italia anxium reddebant; quippe præter sollicitudinem, qua ob diuturnam Senensis urbis obsidionem cruciabatur, magis intimo adhuc dolore affligebatur, accepto nuntio, quod Cæsar Imperii comitia Augustæ celebranda eo fine indixisset, ut ibidem de Religionis causa ageretur, tandemque decidetur, quodnam ex illis quatuor mediis nuper in Passaviensi conventu propositis ad